

PROPRIO DE LA MISA

SAN JUAN BOSCO

Confesor

31 de Enero - Fiesta clase 3.^a - Blanco

3 Reyes 4.29; Salmo 112.1

DEDIT illi Deus sapientiam et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis quasi arenam quæ est in littore maris. Ps. Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. V. Gloria Patri.

DEUS, qui sanctum Joannem Confessorem tuum adolescentium patrem et magistrum excitasti, ac per eum, auxiliatrice Virgine Maria, novas in Ecclesia tua familias florescere voluisti: concede, quæsumus; ut eodem caritatis igne succensi, animas quærere, tibi que soli servire valeamus. Per Dominum.

Filipenses 4.4-9

FRATRES: Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu. De cetero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, hæc agite: et Deus pacis erit vobiscum.

INTROITO

Dióle Dios gran sabiduría e inteligencia y un corazón tan amplio como la arena que hay en la orilla del mar. Salmo. Alabad, niños, al Señor; alabad el nombre del Señor. V. Gloria al Padre.

COLECTA

¡Oh Dios!, que has suscitado a tu santo confesor Juan para padre y maestro de los jóvenes, y que por él, con la ayuda de la Virgen Maria, has querido floreciesen nuevas familias religiosas en tu Iglesia, haz que, encendidos en el mismo fuego de caridad, podamos buscar las almas y a ti solo servirte. Por nuestro Señor Jesucristo.

EPÍSTOLA

Hermanos: Gozaos en el Señor siempre; de nuevo os digo, gozaos. Conozcan todos los hombres vuestra benevolencia. El Señor está cerca. De nada os acongojéis, sino que en toda necesidad presentad vuestras demandas a Dios por la oración y la plegaria, penetradas de acción de gracias. Y la paz de Dios, que supera toda inteligencia, guardará vuestros corazones y vuestros pensamientos en Cristo Jesús. En fin, hermanos, pensad en lo que hay de verdadero, decoroso, justo, puro, amable y digno y en lo que existe de virtud y de cosas merecedoras de alabanza. Lo que habéis de mi aprendido y recibido y oído, y lo que habéis visto en mí, eso, ponedlo en práctica y el Dios de la paz será con vosotros.

Salmo 36.3-5 GRADUAL

SPERA in Domino et fac bonitatem et inhabita terram et pascaris in divitiis ejus. Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui; revela Domino viam tuam et spera in eum, et ipse faciat.

Confía en Dios y obra el bien; habita en el país y vive de sus riquezas. *V̄*. Pon tus delicias en el Señor y llenará las peticiones de tu corazón: encomienda al Señor tu suerte y confía en él; él obrará.

Salmo 73.21 ALELUYA

ALLELUIA, alleluia. Pauper et inops laudabunt Nomen tuum. Alleluia.

Aleluya, aleluya. *V̄*. El pobre y el indigente alabarán tu nombre. Aleluya.

Después de la Septuagésima, en vez del aleluya, el tracto:

Salmo 60.4-6 TRACTO

FACTUS es spes mea, Domine: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabita bo in tabernaculo tuo in sæcula: protegar in velamento alarum tuarum. Quoniam tu, Deus, exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

Señor, út eres para mí un refugio, una torre inexpugnable ante el enemigo. *V̄*. ¡Ojalá habite yo siempre en tu tienda ; ojalá me acoja al amparo de tus alas! *V̄*. Porque tú, Dios mio, has acogido mis votos, dándome la herencia de quienes temen tu nombre.

Mateo 18.1-5 EVANGELIO

IN illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est in regno cælorum? Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, et dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno cælorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit.

En aquel tiempo: Acercáronse los discipulos a Jesús, y le dijeron ¿Quién, pues, es mayor en el reino de los cielos? Llamando Jesús a un niño, púsole en medio de ellos, y dijo: Yo os aseguro que si no cambiáis y os hacéis como niños, no entraréis en el reino de los cielos. Así, pues, el que se hace pequeño como este niño, ése es el mayor en el reino de los cielos. Y el que recibe a uno de tales niños en mi nombre, a mí me recibe.

Salmo 33.12 OFERTORIO

VENITE, filii, audite me, timorem Domini docebo vos.

Venid, hijos, oídme; os enseñaré: el temor del Señor.

SECRETA

SUSCIPE, Domine, oblationem mundam salutaris Hostiæ et præsta; ut, te in omnibus et super omnia diligentes, in gloriæ tuæ laudem vivere mereamur. Per Dominum.

Recibe, Señor, la oblación pura de la víctima que otorga la salvación y haz que, amándote en todo y sobre todo, merezcamos vivir para alabanza de tu gloria. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

Romanos 4.18 COMUNIÓN

CONTRA spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei.

Esperando contra toda esperanza, creyó que sería padre de numerosas naciones, según se le había dicho.

POSCOMUNIÓN

CORPORIS et Sanguinis tui, Domine, mysterio satiatis, concede, quæsumus; ut intercedente sancto Joanne Confessore, in gratiarum semper actione maneamus: Qui vivis et regnas.

Saciados, Señor, con el sacramento de tu cuerpo y de tu sangre, te pedimos nos concedas, por intercesión de tu santo confesor Juan, vivir en perpetua acción de gracias. Tú que vives y reinas con Dios Padre.